זָרַע Serere, ſeminare; Semen proiicere ad conſeruandam ſpeciem, *in Cal, Iudic.* 6,3. *&c. In Hiphil*, Semi-

Psalm. 72, 6. *Quidam exponit* Pluuiam alienam, mutuatam terrę, non naturalem; *à* זר alienus, *&* זיף mutuatio, *secundum Tharg. Al.* Inebriantia, *aut* saturātia terram. R. D. *dicit apud Doctores significare* Stillationem; *quod nō ineptè huc quadraret: vt sit,* Stillicidia, *vel* Pluuiæ stillantes super terram. *quò videtur respexisse Hieronymus:* vt stillæ irrorantes terram.

זַרְזִיר Bestia, cuius robur in lumbis est. *Quibusdam,* Lælaps *siue* leporarius canis: *à* זרז Accingere, *sic dictus, quòd lumbos habeat accinctos. Al.* Pardus. *Al.* Genus auis immundæ: *Prouerbior.* 30, 31. *Hieronym.* Gallus.

זֶרֶת *Mascul. gen.* Mensura palmi aut dimidij cubiti: (*.i.* quatuor digitorū in transuersum expansorū. *Ezechielis* 43, *vers.* 13.

NOMINA QVADRATA.

זַלְזַל Ramus plantationū: *cuius plurale Isaiæ* זַלְזַלִּים. 18, 5.

זַלְעָפָה Terror, tremor: *aut* Arsio, combustio; æstus: *Psal.* 119, 53.

זַלְעָפוֹת *&* זַלְעֲפוֹת 11, 7. *in plurali. Tharg.* Turbinum, *vt Hieronym. Thren.* 5, 8. *in regim.* Tempestatum *vertit.*

זַרְזִיף (*cum geminatione primæ literæ verbi Doctoribus vsitati* זרף *pro* Succidere) Herba excisa, & extonsa.

LITERA ח

חוֹחַ Hamus: *Iob* 40, 21. [Spina: *Prouerbior.* 26, 9.

חוֹחִים *Plural. Cant.* 2, 2. *Et pro* Compedibus, catenis: 2. *Paral.* 33, 11.] *Horum radix potest esse* חוֹחַ.

חָבַב Amare, diligere: *Deuter.* 33, 3. *Et Iob* 31, 33.

בְּחֻבִּי In amore meo: *vel* dū amarē ego, *&c. sed alij deducūt à* חבא *vel* חבה, *interpretātes* In abscōdito meo. *Hieron.*

חָח Genus ornamenti, Fibula *vel* Vncinus: *Exod.* 35, 22 *Hieron.* Armillę. Hamus quo pisces capiuntur. *eo quòd perforet eorum maxillas: Isaiæ* 37, 29.

חַחִי Hamum meum. *Hieronym. modò* Circulum, *modò* Frenum *vertit.*

חַחִים *in plurali Ezechielis* 29, 4. [Et Catenæ, *siue* Compedes: 19, 4.] *Itē alia forma*

In

24, 3. Corrumpere, dissipare: *Neh.* 1, 7. *Iob* 34, 30. & *Zachar.* 11, 7. & Gubernare nauem: *vnde*

חֹבֵל *sæpe capitur pro* Magistro nauis: *Ion.* 1, 5. *et Ezechiel.* 27.

חִבֵּל *In Piel* Corrumpere, dissipare: *Eccl.* 5, 5. *Mich.* 2, 10. [Eniti, parere: *Cantic.* 8, 5. *Est fit à nomine*

חֶבֶל Dolor, *quòd in partu maximus & intentissimus sit dolor.*] *In Pual*

חֻבַּל Corrumpi, vastari: *Isaiæ* 10, 27. *Iob* 17, 1. *Hieron. illic* Cõputrescet: *hic* attenuabitur, *vertit.*

In Niphal, Proverb. 13, 12.

יְחֻבַּל־לוֹ Corrumpetur propter ipsum *f.* cõtemptum: *vel* corruptio erit ei. *Al.* Pignerabitur ei, *aut*, mutuabitur ei, *aut* pignoratio erit ei, vt sui contemptus det pœnas. *Hieron.* Qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat.

חֶבֶל & חֲבָלָה Pignus: *Ezech.* 18, 12. & 7 *secundum aliam formam*, *Prou.* 20, 16. *cum pronomine*

חֲבָלְתּוֹ *i.* Pignus eius. *ab absoluto*

חְבָל *licet imperandi modus ex Cal vel Piel esse possit: ac si dicatur,* Pignerare eum.

חֶבֶל Corruptio, vastatio: *Michæ* 2, 10. *Vel* Dolor. *vt cum quinque punctis,*

חֶבֶל Dolor *Isaiæ* 66, 7. *cuius plurale Ieremiæ* 13, 21. & *cum affixo, Heth cum segol,*

חֲבָלַי & חֲבָלִים Dolores & Tormina; *Psalm.* 18, 5. *Hos.* 13.

חבל

In sinu meo. *à voce Chald.*

חָבָא Latêre, Celare, abscondere se,

נֶחְבָּא *in Niphal, Iud.* 9, 5. & *Hithp.* 1. *Sam.* 14, 11. *item Pual & Hophal. Venit interdum more desinentiũ in* ה, *vt Ios.* 2, 16. & *Ier* 49, 10. *vbi*

וְנֶחְבָּת Et latitare, *est makor perfectum. quod tamen potest esse præteritum, &c. In Hiph.* Abscondere: *Isaiæ* 49, 2. & *Ioelis* 6, 16. *cum duobus signis femininis,*

הֶחְבִּיאַתְהוּ Abscondit.

מַחְבֵּא Absconsio, latibulum: *Isa.* 32, 2. *Plurale extat, sed ab alia forma,*

מַחֲבָאִים 1. *Sam.* 23, 24.

חָבָה *Idem quod* חבא *Isaiæ* 26, 20. *quo in loco Imper. secundæ pers.*

חֲבִי Absconde te: *potest esse nomen in statu* שבר.

חֲבִיוֹן Absconsio: *Habac.* 3, 4. *Hieron.* Abscondita est.

מַחֲבַת Sartago *Hieron. & craticula: Leuit.* 2, 5. *R. D. dicit esse* instrumentum non profundum; vnde quod in illo coquebatur, admodũ torrebatur. (*At* מרחשת Sartago erat profunda.)

מַחֲבְתַּיִם *Plurale 1. Paral.* 9, 30. *in quo videtur* ח *esse radicale.*

חָבַט Excutere fructus ex arboribus, *vel* frumenta aut legumina ex folliculis. *in Cal, Iud.* 6, 12. *Isa.* 27, 12. *Extat Niphal* 28, 27.

חָבַל Pignerare, *siue* dare pignori: Pignorari, *siue* pignori accipere: *vt patet Deuter.* 24, 6. *Exod.* 22, 27. *Ezech.* 18, 16. *Iob* 22, 6. &

הַיְחָבְרְךָ .i. Num coniungetur tecum? *ponitur loco*

חָבֵר [הַיְחֻבַּר עִמָּךְ. Particeps, socius, sodalis: *Ps.* 119.

חֲבֵרוֹ *cum affixo.*

חֲבֵרִים & חַבְרֵי *in plurali.*

חֲבֶרֶת *Femin. vnde Malach.* 2, 14. *cum affixo,* חֲבֶרְתְּךָ Socia tua.

חַבָּרִים Socij: *Iob* 40, 25. *R.D.* Filij societatis. *Q.* socij .i. mercatores. *Al.* Incantatores. *Thaig.* Sapientes.

חֶבֶר Cōiunctio, societas, cœtus, congregatio: *Hos.* 6. 10. [Incantatio: *Deut.* 18, 11 & *nōnullis Pro.* 21, 9.

חֲבָרִים & *in plural. Psalm.* 58, 6. *Isaiæ* 47, 9 & 12.]

לְחֶבְרָה *Et cum He feminēo,* Ad societatem: *Iob* 34, 8.

מַחְבֶּרֶת Coniunctio; commissura: *Exod.* 26, 4.

מְחַבֶּרֶת *Et nomen verbale ex Piel* Iunctura; *cuius plurale extat* 1. *Paralip.* 22, 3.

מְחַבְּרוֹת. *R. Ionah dicit* locum *fuisse*, vbi congregabantur ad opus Domini. *R. D. arbitratur fuisse* quidpiā ex operibus domus Domini. *Hieron.* Cōmissuras.

הִתְחַבְּרוֹת *Verbale ex Hithp. Dan.* 11, 24. Coniunctiones, .i. amicitiæ.

חַבּוּרָה Liuor: *sic dictus à sanguine qui in eo aggregatur aut coniungitur: Exod.* 22, 25. & *sine daghes, Isaiæ* 53, 5.

חַבֻּרוֹת *plurale: Prouerb.* 20, 29. & *Psalm* 38, 6.

חֲבַרְבּוּרָה Macula: *sic appellata, quòd liuori sit similis.*

חברברות

חֶבֶל *cum sex punctis etiam* Funis, Laqueus quo capiuntur aues, vel alia animantia, *vt Iob* 40, 20. & *cum affix.*

חַבְלוֹ Laqueus eius, pedica eius: 18, 11. Hæreditas, *quòd fune soleat per sortem diuidi: Iosuæ* 2, 13. *Michææ* 2, 5.

Cœtus, caterua, societas, cuneus: 1. *Samuel.* 10, 5.

Regio, prouincia: *Deut.* 3, 4. *Soph.* 2, 4.

חֲבָלִים & חַבְלֵי *in plurali, Ps.* 16, 6. & *Ios.* 17, 5. (& חֶבְלֵי *Psalm.* 119, 61. *cum* ׳ *sub* ח, Cateruæ.)

חֵבֶל Malus nauis: *Prou.* 23, 34. *à funibus, quibus ligatur, sic dictus.* *Q.* Anchora. *Al.* Nauclerus, *sic appellatus, quia residet in summitate funiū.*

תַּחְבֻּלָה Consilium, & cogitatio, quam homo versat in corde suo.

תַּחְבֻּלוֹת *Plural. Prouer.* 1, 5. & 11, 14, &c. *Hieron. nunc* Gubernaculum, *nunc* dispositionem *nūc* consiliū *vertit.*

חָבַק *In Cal. & Piel* Complecti, amplecti, complicare: *Ecclesiast.* 4, 5. *Thren.* 4, 5.

חִבֻּק Amplexus, complexus: *Prouerb* 6, 9. & 24, 33.

חָבַר Coniungere, sociare se, conuenire: *Gen.* 14, 3. (& *in Hithp.* 2. *Par.* 20, 37. & 33. *cum* א *loco* ה.) Hærere: *Exod.* 26, 3. Incantare: *Psalm.* 58, 6. & *Deut.* 18, 11.

חִבֵּר *in Piel* Coniungere: *Exod.* 36, 18. Accumulare, congregare, *in Hiphil: Iob* 16, 4. *Pual: Exod.* 28, 7. *Psal.* 122, 3. [& 94, 21. *vbi*

חגה *vnde* חַגְוָה *vel mascul. fit forma potius*

חָגֵו Fissura. *In plurali Cant.* 2, 14. *& Ierem.* 49, 16.

בְּחַגְוֵי .i. in fissuris: *vbi* ה *versum est in* ו. *potest tamen esse à* חוג.

חָגַר Cingere, accingere: *Exod.* 29,9. *& 1. Regum* 20,11. *vbi*

חֹגֵר *Benoni Cal idem significat quod Paul, id est,* Accinctus. [*Illud* 2. *Sam.* 22, 46.

וַיַּחְגְּרוּ Et accingent & constringent se de clausuris suis. *vel* mouebunt se, *&c.* .i. claudicabunt præ nimio onere compedum suarum. *Aut* pauebunt, *per metathesin, pro* ויחרגו.]

וַחֲגֹרָה Et accingere super lumbos: *Isa.* 32,11 *pro* Accingite vos *est Infinitiuus. potest & esse Imperatiuus; & deficit Nun,* חֲגוֹרְנָה. *Sed illud pro Psalm.* 76,10. *sic exponitur*

שְׁאֵרִית חֵמוֹת תַּחְגּוֹר Residuum, *vel* residuo irarum accinges te: *vel vt Hieron.* Reliquiis itæ accingêris: *id est (inquit D. Kimhi) Cinges & ligabis eos ne secundum iram suã faciãt &c. quippe* Cingere *est* ligare, *&* prohibere.

מַחֲגֹרֶת *&* חֲגוֹרָה *&* חֲגוֹר Cingulum: *Prouerb.* 31,24. *Isaiæ* 3,24. *&* 22,12. *in plurali.*

חֲגֹרוֹת Perizomata. *Hieron.* *Sed*

חֲגוֹרֵי *Ezechielis* 23, 14. *est nomen Toar,* Accincti.

חָדַד Acuit *vnde Habac.* 1,8. חַדּוּ Acutiores erũt (lupis, *&c.*) *Hieronym.* Velocio-

חֲבַרְבֻּרוֹת *Ierem.* 13,23 *in plurali. Hieron.* Varietates.

חָבַשׁ Ligare, alligare: *Exod.* 29, 9. *Ezechielis* 34,4. [*& Isaiæ* 3,7 *in Benoni*

חֹבֵשׁ Alligans .i. Chirurgus: *Hieronym.* Medicus: *licet alij exponant,* Dominans. (*vt illud Iob* 34, 16.

יַחֲבֹשׁ Dominabitur) *quòd is, qui dominatur, suis legibus liget & coerceat.*] Sternere iumẽta: 2. *Sam.* 16, 1. *&* 19, 24.

חִבֵּשׁ Alligare: *in Piel, Psal.* 147, 3. *& Pual Isaiæ* 1,6.

חָגַג Subsilire, saltare, tripudiare, cum tripudio ire, diem festum agere: *vt*

וְחַגֹּתֶם Et celebrabitis: *Exod.* 12,14 *& Psalm.* 42, 5.

חַג Solemnitas, festus dies: *quòd in illo lætitiæ gratia saltarent: Exod.* 12, 13. *& cum affixo,*

בְּחַגֶּךָ In solemnitate tua: *Deuteronom.* 16, 17. Et

חַגִּים *in plurali, Nah.* 1. 14. Agnus, *vel* pecus, *siue* oblatio, *quòd cum lætitia & tripudio offerebatur: Psalm.* 118,27. *& Isaiæ* 29, 1.

לְחֲגָא In pauorem, commotionem: *Isaiæ* 19, 17.

חָגָב Locusta, *aut* locustæ species: 2. *Par.* 7,13. [*sic Eccles.* 12,5. *vt sit sensus*: Locusta, quæ est animal paruum, erit oneri ei, si requieuerit super eum, quia non poterit ferre illam. Q. Dorsum. Spina dorsi. Al. Mẽbrũ virile, *quasi esset* עָגַב *ab* עָגַב Amare.]

חֲגָבִים *in plurali.*

הַחֲדַלְתִּי, *& vtroque modo exponit:* Num derelinquam pinguedinem meam? *vel* derelinquar à pinguedine mea? *&c.*

חֲדַל אִישִׁים Abiectiis virorum, *vel* inter viros: *Toar: Isaiæ* 53,3.

חֵדֶק *aut* חֶדֶק Genus spinæ: *Prouerb.* 15, 18. *Michææ* 7, 4.

חֶדֶר Cubiculum, adytum, locus secretior, penetrale: 1. *Reg.* 20,28. *Et in regim.*

חֲדַר *à forma* חָדָר 2. *Regum* 6, 11. *&c* [Meridies: *Iob* 37,9. *R. Abr.* Stella quæ est in tractu meridiano sphæræ maioris

חֶדֶר *appellata, ac si esset in loco occulto. Hieron.* Ab interioribus.]

חֶדְרוֹ. *Cum affix.*

הַ *&* הֶחָדְרָה In cubiculum: *Iud.* 15, 1. *Genes.* 43,29. 2. *Samuelis* 13,10.

חֲדָרִים Cubicula, Penetralia, interiora: *Deut.* 32, 25. *Prouerbior.* 24, 4. *&* 18, 8. *vbi deficit* אל 1. Ad. *sic*

חַדְרֵי תֵימָן *Iob* 9,9 *sed secundum R.* D. Plagæ Australes. *Al.* Stellę, *vel* signa & imagines circa polum Antarcticum; *ita nominatæ, quòd sint occultæ.*

חֹדֶרֶת *Partic. verbi Cal, Eze.* 21, 14. Percutiēs in penetralib⁹; *vel* insidiās, *vel* latēs in cubiculo, *vel* penetrali *sic R. D. sed Tharg* Commouēs: Obstupefaciens: *vt Hieronym. literis transpositis.*

חָדַשׁ *siue in Piel* חִדֵּשׁ Renouare, innouare, instaulociores. *Item in Hoph.*

הוּחַדָּה Acutus est: *Ezech.* 21, 10. *&* 11,12.

חַדָּה Acutus: *Isa.* 49,2. *& Ezec.* 5, 1. *nomen Toar. Et substantiuum Iob* 41,20.

חַדּוּדֵי חָרֶשׂ Petræ acutę testaceæ; *siue* similes testis acutis .i. aridis. *Vel* Acumina testacea. *R. D.* Margaritæ, vt Sol, splendentes. *Hieron.* Radij Solis. *R. Abr.* Testæ acutæ.

חֶרֶשׂ *&* testam *&* solē *significat.*

חָדָה Lætari: וַיִּחַד Et lætatus est. *Exod.* 18, 9. *sic Iob* 3,5. *vbi alij exponunt*, Ne sit vnà; *vt radix sit* אחד. *Item* Acuere: *vt Prouerb.* 27, 17.

יַחַד *&* יָחַד Acuetur, *vel* acuet se. *licet alij (non satis congruè) exponant*, Vnietur: *ab* אחד *vel* יחד. *In Piel*, Lætificare: *Psal.* 21,7.

חֶדְוָה Gaudium, lætitia: 1. *Paral.* 16, 27 *Neh.* 8, 11.

חָדַל Desinere, cessare: *Gen.* 18, 11. *& Iudic.* 5, 6. [*sic Iob* 14, 6. *vbi nonnulli exponunt*

יֶחְדַּל Cessabit, *vel* perficiet tēpus suum. *nam*

חֶדֶל *est* Tempus, sæculu, *scilicet* humanę virę prę finitum, *per metathesin, à* חלד *Isa.* 38, 11. *vnde legitur Toar*

חָדֵל Temporalis; *vel, vt alij*, Mundanus: *Psalm.* 39,5.] *Hoc verbum Hieron.* Deesse, *interdum vertit.*

הֶחֱדַלְתִּי *Iudic.* 9,9, Num cessare faciam? *Multi dicunt esse ex coniugatione Hiphil &*

חֲ *pro* חֱ *poni euphoniæ causa. sic & R. D. licet malit esse Hophal pro*

& Ezechielis 17,2.

חוד חידה Aenigmaticè loquere ænigma: vbi vides verbum & nomen: cuius plural.

חידות Aenigmata: Hab. 2.

חָוָה D: Piel Indicauit, annunciauit: Iob 32, 7. & 15,17. sine daghes præter normam.

אַחְוָה & cum pronomine Iob 13,17. Et indicationem meam:

וְאַחְוָתִי Hieronym. Aenigmata mea.

חוֹת Villæ. vide in radice חיה.

חוז vnde fit מָחוֹז Prouincia: Regio, Terminus. In regimine

מְחוֹז Psalm. 107, 30. [Quidam putat hinc venire illud Iob 24.

חָזוּ exponentes, Terminauerũt, cum alij Viderunt, à חָזָה, exponant.]

חוֹחַ Plur 1. Samuel. 13,6. חֲוָחִים Munitiones. Hieron. In abditis. Reliqua quære in חח.

חוּט Filum, Vitta: Iosuæ 2,16. Cantic. 4, 3.

חוֹל Dolere, (angi, cruciari) parturire: Isaiæ 23, 4. Ier. 5, 3 & 51, 29. sic Mich. 1, 11 quanquã R. Ion. hic, Expectare, exponit. Castrametari, manere: Thren. 4, 6. Ier 23,19. Hos. 11, 6. & 2. Sam 3, 27. licet in postremis, Cadere, melius vertas: vt illud Toar, † Cadens; Eccles. 5,12 iuxta R Ion. quod alibi est

חוֹלָה Parturiens: vt Ierem. 4,31. Contremiscere, formidare: Psalm. 114, 7. Saltare: Iudicum 21, 21.

הֵחִיל In Hiphil Dolere, parturire: Isaiæ 13,8. 20,17. 45,10. 66, 7. Zach. 9, 5. & quibusdã

instaurare: Isa. 61, 4. Psalm. 51, 12. In Hithp. 103, 5. Renouari, &c.

חָדָשׁ Nouus: Exo. 1, 7. חֲדָשִׁים in plural.

חֲדָשָׁה Deuter. 32, 17. Noua: Isa. 65, 17.

חֲדָשׁוֹת in plurali.

חֹדֶשׁ Mensis, innouatio Lunę: Genes. 29, 14. Item Kalendæ: 1. Sam. 20, 5. 2 Reg. 4, 22. & (non ineptè) Isa. 66.

חֲדָשִׁים & חֲדָשֵׁי In plurali.

[Ieremiæ 2, 24.

בְּחֻדְשָׁהּ Secundum quosdam capitur pro menstruo quod singulo mense euenit. R. D. sic vertit: In mense eius .i. qui decisus & determinatus est ei, vt non possit euadere, &c. R. Ios. In sua innouatione: vt sit Macor.]

חוּב Debitor: Ezech. 18, 7. R. D. Mutuum accipiens. nisi malis apud Kimhi מלוה Debitum quod quis mutuò accipit, reddere.

Hinc verbum in Piel,

חִיֵּב Dan. 1, 10. Debitorem efficere, aut reddere, tam substantiæ quàm corporis. Reum peragere.

Hieronym. Condemnare.

חוּג vnde fit חָג Circuiuit, circũdedit: Iob 26, 9.

חוּג Circulus, aut sphæra quæ circuit terrã, gyrus: 22, 14.

מְחוּגָה Circinus, instrumẽtum quo fit circulus: Is. 44, 13.

חוּד Aenigmaticè loqui, seu ænigma, aut problema proponere: Iudicum 14, 13.

23. *vbi Al.* Fugare, prohibere, *à* חלל. Sperare, expectare: *Iob* 35,13. *Pual*

חוֹלָל Formari: 15, 7. & 26, 6. *Hophal,*

הֲיוּחַל Num parietur, *&c. Isaiæ* 66,8. *In Hithpael*

הִתְחוֹלֵל לוֹ Spera in eo, expecta eum. *Aut* Dole ei: *siue potius,* Fer dolorem propter eum: *Psalm.* 37, 7. &

מִתְחוֹלֵל Dolens: *Iob* 15, 20. [*sed Ieremiæ* 23, 19 Incidens, cadens, *aut* manens, veniens, *vel etiam* dolorem inferens.] *Et geminatum*

וַתִּתְחַלְחַל Et dolore affecta est; *Esther* 4,4.

חַלְחָלָה & חִילָה חִיל Dolor: cruciatus *Exo.* 15,14. *Iob* 6,10. *Nah.* 2.

חוֹל Arena: *Ierem.* 33, 22. *Iob* 29, 18. *sed R. D. dicit se hoc inuenisse in qu. codic. correcto cum surec. A quibusdam exponitur* Phœnix auis, *nempe* quæ vsque ad 500. annos longæua ætate procedit. *Hieron.* Et sicut palma.

מְחוֹלָה Chorus. *Quære in* חלל.

חוֹם *Secundum* R. D. Nigrum: *cuius radicem idem putat esse* חמם. *ibi require.*

חוּס Parcere: *Ionæ* 4, 10. *vbi Hieron.* Dolere *vertit.* & 1. *Sam.* 24, 11. *vbi subauditur* עיני oculus meus: *vel* נפשי anima mea.

חוּץ & חוּצָה Extra, foris, *siue* foras: Platea: *Genes.* 9, 22. *Leuitic.* 4, 12. *Deuteron.* 23, 12. *Iob* 18, 16. Præter, *vt*

חוּץ מִמֶּנִּי Præter me: *Ecclesiast.* 2, 24.

חוצות

וַיָּחֵלוּ Et dolebunt: *Hos.* 8, 10. *licet possit venire à* חלל. *i.* incipere: *vt sit sensus:* Incipient conqueri paululũ: *&c.* Contremiscere, formidare: 1. *Sam.* 31, 3. *Ierem.* 5, 2. & *Psal.* 96, 9. [Expectare, & præstolari, anxiè *scilicet. vt Genes.* 8, 10.

וַיָּחֶל Et expectauit. & *Thren.* 3, 25. (*licet hic Toar esse possit, à* יחל. *i.* expectans.) & *Iob* 20, 21. *secundum R. D. nam alij,* Parturire, *vel,* prosperari, *exponunt.*

יָחִיל *Item Psalm.* 10, 5.

יָחִלוּ דְרָכָו Q. Prosperabuntur, succedent ad votum viæ eius *s.* Dei. *Al.* Dolore afficient, *aut* timere faciẽt viæ eius (*nempe* impij) *s.* intelligentem, *vel* pauperes *R. Ion.* Sperabunt, *aut* expectabunt.]

חוֹלֵל *In Poel,* Dolore afficere, *vel* vulnerare: *Isa.* 51, 9. & *in participio passiuo,* † 53, 5.

מְחוֹלָל *Item* Párere, parturire: 51, 2. *vbi* אשר. *i.* quæ, *subauditur.* Parere fecit: *Psalm.* 29, 9. & *Iob* 38, 42.

חֹלֵל *vbi R. Dauid Kimhi dicit esse Macor. acsi d.* Num nosti tempus pariendi ibices petræ (*i.* petras incolentes) & parere aut parturire faciendi *i.* tempus quo pariunt ibices petræ, & quo parturire facit ceruas? *vel intransitiuè,* quo pariunt ceruę? Creare, formare. *quasi* Enixè facere. *Prou.* 26, 10. *Iob* 26, 12. (& *Psalm.* 90, 2. *sed passiuè.*) *item secundum R. D. Prou.* 25,

למחראות In latrinas. *vbi quoque scribitur in margine*

למוצאות Loca excrementorum.

חורים Principes & magnates: *Eccl.* 10, 17. *nomen Toar.* [*Illud autem*

חרה *Ezech.* 24, 11. *Isa.* 24, 6. & *Iob* 30, 30 *requires in* חרר.]

חרש Accelerare, festinare: *Isa.* 8, 1. [Sentire, *aut* sensibus oblectari, *vt dicunt nonnulli*: *sicut Eccles.* 2, 25.

יחוש Festinabit, R. D. *Hieronym.* Deliciis affluet. *Al.* Curabit *s.* deliciis affluere, & comedere, & lætari? *&c.*

חושש *significat etiam* Sentire: *ac si d.* Quis sensibus oblectabitur pluſquam fecerim? *vnde & Nomen*

חוש Sensus. R. *Abra. exponit*, Quis festinabit. *s.* vt assequatur quod cupit? *&c.*]

החיש *In Hiphil* Festinare: *Iudic.* 20, 37. & *interdum intransitiuè*: *Isaiæ* 60, 22. & *non malè* 5, 19.

חשים Festinantes, *nomen Toar*: *Numer* 32, 17.

חיש Festinatio, Ciò, festinanter: *Psal.* 90, 10.

חזז *Inde fit* חזיז Fulgur, coruscatio præcedēs tonitrua: *Iob* 28, 26.

חזיזים *Plurale* *Zachariæ* 10, 1. D. *Kimhi dicit venire ab* חזה Videre. *Hieron. illud vertit*, Procellis sonantibus tonitrui; *hoc*, nubes.

חזה Vidit, contemplatus est. *in Cal: Isa.* 1, 1 *&c. In Benoni* Videns, vates, propheta: *2. Sam.* 24, 13. & *2. Par.*

חצות & חוצות Plateæ: *Isaiæ* 51, 20.

חיצון Toar, Exterior: *1. Regum* 6, 28. & *Ezech.* 44, 1. *vbi intelligitur* domus: *vt* 1. *Reg.* 6, 27. templum.

חיצונה *Feminin. 2. Reg.* 16, 17.

חור Albūm, candidum: *Esther* 1, 6. & 8, 15. Candor. *Hieronym.* Aerei coloris.

חיר *Idem Chaldaicè Danielis* 7, 9. *Hinc verbum Isaiæ* 29, 22.

חור Erubescere: *quod homo erubescens fiat facie albus aut pallidus.*

חר *sine* חור Foramen, cauerna, latibulum *Isa.* 11, 8. *& cum holem*

חור 2. *Regum* 12, 9. *Cantic.* 5, 4. Canistrum, rete, & vestis, quæ multa habent foramina: *Gen.* 40, 16. *vbi*

חורי *ponitur pro* חורים Canistra foraminū *i.* perforata. *R. Ionah*, Canistra alba. *vel secundum R. D.* facta è virgis decorticatis, quæ albæ sunt post earum decorticationem. *sic Isa.* 19, 9.

חורי *pro* חורים Alba *i.* panni albi, *R. Ionah. sed R. D.* panni, *vel* retia plena foraminib⁹. *Hier.* Subtilia.

חורים Foramina, Cauernæ: 1. *Sam.* 14, 12. [*& cum suffec*

בחורים In cauernis: *Isa.* 42, 22. *vide* פוח.]

חראיהם *Isaiæ* 36, 12. Stercora sua: *à foraminibus vnde exeunt sic appellata sic scribitur in textu: sed scribitur in margine honestiori vocabulo,* מוצאיהם Egesta, excrementa: *vt 2. Regum* 10, 26.

חָזַק Roborare, corroborare; Indurare: Prævalere, inualescere. *Cal communiter est intransitivum. nonnulla tamen sunt transitiua: Genes. 41. 54. 2. Regum 3, 26.*
Et 2. Paralip. 28, 20.

חִזְּקוּ Roborauit eum. *vel melius*, Prævaluit ei, *vel* coram eo. *In Piel*

חִזֵּק Roborare, indurare: Cōsolidare, Instaurare: *Psalm. 147, 13. Isaiæ 54, 2. &c. In Hiphil*

הֶחֱזִיק *idem*: *Nehem. 3, 4. & 5, 16. Ezech. 27, 9. Item* Apprehendere, tenere, retinere, continere. *& tunc plerunque construitur cum Beth: Deuteronom. 22, 25.*

מְחַזְּקִים עַל אֲחֵיהֶם Tenentes cum fratribus suis: *vel* roborātes fratres suos: *Nehem. 10.*

וְהַחֲזִיקִי אֶת־יָדֵךְ בּוֹ Et tene manu tua eum: *Vel*, Et tene teipsam ad eum, *id est*, vt robores eum fortiter: *Gen. 21, 18. In Hithpael*, Se roborare. *&c.* Se tenere, *verbum intransitiuum: 2. Sam. 3, 6. 1. Par. 11, 10.*

חָזָק *Tolle vice Participij*, Se roborans: *i.* crescēs: *Exod. 19, 19.*

חָזָק Fortis, vehemens: *10, 19. & Isaiæ 40, 10. vbi subaudi-tur* exercitus.

חֲזָקִים & חִזְקֵי *in plurali.*

חֲזָקָה *Femin. Exod. 19, 9.*

חֹזֶק *aut* חָזֶק Fortitudo: *Psalm. 18, 2 cum præmissa* Fortitudo mea.

חִזְקִי

חזק

חָזוּת *pro* חֲזוּת Videntes.

אֶחֱזֶה Videbo: *Iob 23, 9. [sed 8, 16.*

יֶחֱזָה Complicabitur, *vel* complicabit sē R. D. Intricabitse *vnde Isa. 28, 15, & Iuda* Complicationē *exponit.*]
Item Psalm. 11, 7. Rectus *.i.* quilibet rectorum

יֶחֱזוּ videbunt faciem eius, *vbi*

פָּנִים *pro* פָּנָיו *.i.* Deum rectum videbunt facies eorum *.i.* iustorum. *vel* Rectum *.i.* quod æquum est videbit facies eius.

חִזָּיוֹן & חָזוֹן Visio, reuelatio, *& in regimine Ezechielis 7, 25. Isaiæ 22, 1 & Iob 33, 14.*

חִזְיֹנוֹת *Plurale, Ioel 2, 28.*

חָזוּת *Idem, Isaiæ 21, 2.*
[*Item* Cornu

חָזוּת perplexitatis R. D. *.i.* perplexum, complicatum. *Vel* Visionis *.i.* visibile & magnum, & illustre: *Danielis 8, 5.*]

חָזֶה & מַחֲזֶה Visio: *2. Regum 17, 13. vbi potest significare* Videntem. *Isaiæ 28, 15. & Num. 24, 4.*

בַּחֲזוֹת In visionibus: *2. Paralip. 9, 28.*

מַחֲזֶה Fenestra: *1. Reg. 7, 5. R. D. in Commen.* Visio. *Targ.* Angulus.

חָזֶה [Pectus; Pectusculū: *Exod. 29, 26.*

חֲזֵה *In regimine Plurale. Leuit 9, 20]* חֲזוֹת

חַטֹּאת & חַטֹּאות & חַטָּאוֹת *Interdum* Peccatum *capitur pro* Pœna & punitione peccati: *vt Zach.* 14,19. *& pro* Oblatione pro peccato: *Genes* 4,7.

חָטַב *In Cal*, Cædere, succidere, excidere: *Deuter.* 29, 10. [*sed Prouerb.* 17,16.

חֲטֻבוֹת R. *Ionah exponit* Eleuata in morem angulorum excisorũ.] *Extat & Paul ex Piel*, *Psal.* 144, 12.

מְחֻטֻבוֹת *.i.* incisi.

חִטָּה Triticum. *require in radice* חנט.

חָטַם Prolongare iram: *Isaiæ* 48, 9. (*à nomine*

חֹטֶם Nasus, *siue* furor, *quòd in naso ira conspiciatur.*) *Hieronym.* Infrenabo te.

חָטַף Rapere, vi aliquid tollere & festinanter: *Iudic.* 21, 21. *Psalm.* 10, 9.

חֹטֶר *Idem quod* מַטֶּה Virga: *Isaiæ* 11, 1. *& Prouerbiorum* 14, 3.

חָיַי *Quæ sunt ex hac radice (inquit R.D.) possunt esse ex radice* חיה.

חַי Vixit: *Gen.* 11, 2. [Viuens, viuus: 6, 19. *&* Crudus. 1. *Sam.* 2, 15.]

Et feminin. Exod. 1.

וְחָיָה Et viuat.

לֶחַי Per viuentem, *aut* vitam meam: 1. *Sam.* 25, 6. Q. Diuiti, *quia pauper vt mortuus reputatur*. R. D. Ad tempus vitæ meæ *.i.* anno futuro.

חֵי Viuit: 2. *Reg.* 2, 2. *est præteritum ex hac radice, nisi malis esse nomen Toar.*

חַיִּים Viui, viuentes; *Deut* 4, 4.

חֶזְקָה & חֶזְקָה & חֹזֶק *Idem: Exod.* 13, 14. *Iudic.* 8, 1. *& Isaiæ* 8, 11. [*Illa tamen* 2. *Regum* 12, 11. *&* 2. *Paral.* 26, 16. *possunt esse Infinitiua, vt prius sic exponatur,*

לְחֶזְקָה Ad instaurationem; *vel*, ad instaurandum.

Alterum verò

וּבְחֶזְקָתוֹ Et in fortitudine sua. *Vel*, Et cùm roboratus fuisset.]

חזר *Inde fit* חֲזִיר Sus, porcus: *Isaiæ* 66, 3. *Psalm.* 80, 14.

חָטָא *In Cal*, Peccare: *Exod.* 32, 32. *& Genes.* 20, 6.

מֵחֲטוֹ A peccando: ו *est loco* א.

In Piel communiter

חִטֵּא Expiare, mundare: *Leuit.* 14, 52. *&c. Et Gen.* 31, 37.

אֲחַטֶּנָּה Pœnas luebam pro illa: *cũ defectu* א. *Hieron.* Ego damnum omne reddebã.

הֶחֱטִיא *In Hiph.* Peccare fecit: 1. *Regum* 14, 16. *Et interdum cum defectu* א: *vt* 2 *Regũ* 13, 6. *Hithp.* Se purgare, expiare, *&c. Iob* 41, 17.

חַטָּא Peccator: *vnde in plurali* חַטָּאִים 1. *Regum* 1, 21.

חַטָּאָה *Feminin.* Peccatrix: *Hamos* 9, 8.

חֵטְא *& cum* ֶ *sub* ח *in regimine*, Peccatum: *Psal.* 51, 7.

חֲטָאִים *in plurali* Peccata.

חֲטָאָה חַטָּאָה חַטָּאת Idem: 109, 7. *Isaiæ* 5, 18.

חַטַּאת *In regimine*

In plurali

tæ .i. iuxta tempus hoc anno vēturo quo eris viua. *Vel*, Iuxta tempus hoc eris pariens, *aut* puerpera. *Hieron.* Vita comite: *Geneſ.* 18, 14 *Inuenitur interdum cum* ו *redundante in regimine: vt Pſalmo* 79, 2.

חַיַּת Beſtia terræ, *ponitur pro* חַיְתוֹ אֶרֶץ *Iſaiæ* 57, 10. Q. Requiē manus tu æ *bi.* virium. *Vel*, Victum, *&c.* R. D. Vitam manus tuæ .i virtum tuarum, *exponit. quaſi d.* Aliquid quod dulce tibi fuit, ſicut eſcæ quæ ſunt vita hominis.

חַיּוֹת *Plurale*, Animalia: *Pſalm.* 104. *&c.* *Item*

חִיּוֹת Obſtetrices: *Exod.* 1, 18.

חַוֹּת Villæ: *Num.* 34, 41. *vbi Iod mutatur in Vau.*

חֵיל *& in regimine* חֵל Exercitus, populus: *Eſech* 37, 10. *Pſal.* 84, 8. *&c.* (*& in regimine pro abſoluto*, 2. *Regum* 18, 17. *& Hobad.* 20.) Fortitudo, robur, vires: *Geneſ.* 47, 6. *Ruth.* 1, 23. Subſtantia, Diuitiæ: *Num.* 24, 18. *Deut.* 8, 17. *Iob* 20, 18. *Prouerb.* 31, 29.

חֵל חֵיל Antemurale *ſiue* murus exterior paruus, qui eſt ante murum magnum *Aut* Foſſa in circuitu muri: *Thren.* 2, 8. 2. *Samuelis* 20, 15. *Iſaiæ* 26, 1. 1. *Reg.* 21, 23. *& cum Iod, Pſal.* 48, 14. *ſic* 122, 7. *vbi tamen quidam* Exercitum, *aut* populum *exponunt.*

חֵילִים *in plurali*, Exercitus: *Dan.* 11, 10. Opes: *vt Iſ.* 30, 6.

חֵילֵיהֶם *& Eccleſ.* 6, 8. *vbi quidam* Diuites *exponunt.* *Item in plurali duntaxat*, Vita: *Prou.* 18, 21. *& cū* ן *vice* ם *Iob* 24.

חַיִּין Vita: *in regimine.*

חַיֵּי [*& Geneſ.* 42, 15. *inuenitur. miſi malis eſſe nomen Toar.*] *pro* חַיֵּי

חַיָּה *Fem.* Viua, viuens. *& plur.* חַיּוֹת viuētes viuæ.

חַיּוֹת Vita: 2. *Samuelis* 20, 3. *pro* חַיּוֹת

חָיָה Viuere: *in Cal*, *Deuter.* 30, 17. *& Zach.* 10, 8. *vbi* אֶת *ponitur pro* מִן *.i.* cum. *In Piel* Viuificare; viuū ſeruare: *Pſal.* 30, 4. *& Habac.* 3, 2.

חַיֵּיהוּ Viuifica illum, *licet hic poſſit eſſe nomen*, Vita eius, *vt ponatur vice* חַיֵּיו.

Item Reparare, inſtaurare. 1. *Paralip.* 11, 8. *In Hi. h.* Viuere facere, viuificare, viuum reſeruare, *Num.* 22, 33. *Ioſu* 14, 10.

מְחִיָּה Viuificatio, ſuſtentatio vitæ, vita, victus: *Iudic.* 6, 4. *ſecundum R. D.* Pinguedo, *aut* ſanitas: *Leuit.* 13, 10.

חַיָּה Anima hominis, *ac etiam* iumentorum: Vita.

Item quodcunque animal viuens, *ſiue* Beſtia, *ſiue* Auis, *&c. Geneſ.* 1, 24.

[Congregatio, cœtus: *Pſalm* 68, 3. (*vbi* Cœtus arundinis *i.* habentium arundines *.i.* lanceas, *exponitur*) *&* 74, 18. *vbi quidam* Cōtritionem *exponūt. & 2 Sam.* 23, 11. *vbi Dauid Kimhi* Villā. Caſtra: *Ibidem* 13.]

בְּעֵת חַיָּה Secūdum tempus vi-

חָכַם Sapere, sapientem esse, sapientiæ operam dare: *Prouerb.* 23, 15. *In Piel & Hiphil*, Sapientem efficere, docere sapientiam: *Psalm.* 105, 22. & 19, 8. *In Hithpael Ecclesiast.* 7, 17. *Et Exod* 1, 6.

נִתְחַכְּמָה לוֹ Sapiētiores simus illo. *Hieron.* Sapienter opprimamus eum.

חָכָם & חַכְמוֹנִי Sapiens: *Prouerbiorum* 3. & 2. *Samuelis* 23.

חֲכַם *in regimine.*

חֲכָמִים & חַכְמֵי *in plurali.*

חֲכָמָה *Feminin.* Sapiens.

חֲכָמוֹת & חַכְמוֹת *plural.*

חָכְמָה Sapientia: *Ecclesiast.* 7, 13.

חָכְמוֹת *in plurali. Psalm.* 49, 4. & *Prouerb* 1, 23. & 9, 1. *vbi* Sapientiæ, *ponitur pro*, quælibet è sapientiis.

חֹל *vel potius* חֹלֶל, *vnde* חַלָּה Placenta, libū; Collyrida. *Num* 15, 19 & *Leuit.* 8, 26 חַלַּת *vbi* ה *est vice* ה.

חַלּוֹת *in plurali* 2, 4.

חָלַל Vulnerare, occidere: *sed semper intransitiuè capitur: id est*, Vulneratum esse, *&c.* *Psalm.* 109, 22.

חָלָל *Tpar loco participij passiui*, Occisus.

חֲלַל *in regimine.*

Et in plurali,

חֲלָלִים & חַלְלֵי. [Prophanus, *secundum quosdam*, *Ezechielis* 21, 25. *cuius femininum legitur*

חֵילֵיהֶם Substantias eorum.

חֵלְכָאִים *Psalm.* 10, 10. Exercitus. *aut* cōgregatio pauperū *siue* contritorum. *de quo & in* חלך.

חִין *Iob* 41, 4. *Secundum R. Ionah* Robur. *Alij deducunt à* חנן. & *exponunt* Gratiam.

וְחִין עֶרְכוֹ Et gratiam dispositionis eius. *s.* in mēbris suis, *vel* ad bellum, *&c. Hieron.* Et ad deprecandum compositis. *nusquam alibi inuenitur.*

חַיִץ Paries, murus: *Ezech.* 13, 10. *alibi non inuenitur; frequēs tamen Rabbinis.*

חֵיק & חֵק Sinus. *metaphoricôs* Medium: 1. *Regum* 22, 35. & *Isaiæ* 40, 11. *vbi alij* Vlnas, *siue* Brachia, *exponunt.*

חֵךְ Palatum: *Iob* 12, 10. *vbi sic expones*: Et palato cibus sapiet, *i.* sapidus erit. *Vel*, Et palatum cibum gustabit sibi. *Eodem modo* 34, 3. *Hieron.* Guttur, Fauces, *vertit.* *Cum affixis Caph habet daghes*,

חִכּוֹ Palatum eius.

חַכָּה Hamus: *Isa.* 19, 8. *Prædictorum radix potest esse* חכך *quod satis ostēdit daghes. vel* חנך *secundū alios.*

חָכָה & חִכָּה *in Cal & Piel*, Expectare; elongare, prolongare: *Isa.* 30, 18. & *Iob* 32, 4.

[& *in Macor Hos.* 6, 10. *vbi Iod ponitur pro He*, Et secundum expectare

וּכְחַכֵּי virum. *i.* vt expectant virum latrones.]

חֲלִילָה Nomen (*vnde Verbum Quadratum legitur*

חוֹלֵל Prohibere, *secundum R. Ioseph, Proverbiorum* 25, 23.) Prohibitio: *pro quo Interpretes,* Absit, Non est fas, *&c. Genes.* 18, 25.

חָלִיל Tibia, Cornamusa, *R Sal. sic dicta quòd sit concava: Isaiæ* 5, 12. *&* 30, 28. *vbi quidam* Organum, *exponunt.*

חֲלִילִים *Plurale, Ieremiæ* 48.

מְחוֹלָה *&* מָחוֹל Chorus: *& in regimine*

מְחוֹלַת *&* מָחוֹל *Psalm.* 30, 12. *&* 149, 3 *Ieremiæ* 31, 4. *& Cant.* 6, 12. [*Vnde verbum* Saltare, tripudiare: *vt Iudic.* 21, 23.

לָחוֹל (*pro* לְחוֹל) Ad saltandum. *& ibidem* 23.

מְחוֹלֹת Tripudiantes.]

מְחֹלוֹת Chori [*hoc plurale habet literam quiescentem loco daghes, ad differentiam videlicet*

מְחֹלוֹת Cauernæ: *Isa.* 2, 19. *Hieron.* Voragines.]

חַלּוֹן Fenestra: *Iosuæ* 2, 21. *Masculinum plurale*

חַלּוֹנִים *Ioel* 2, 8. *&* 1. *Regum* 6, 4. *vbi regimen est pro absoluto: & Ieremiæ* 22, 14.

חַלּוֹנַי *pro* חַלּוֹנִים. *Et feminini.*

חַלּוֹנוֹת *Ezechielis* 40.

חֲלָא *vnde fit* חֲלָאָה Spuma: *Ezech* 24, 6. 11. *&* 12 *& non alibi inuenitur. Hieron* Rubigo.

חֵלֶב Lac: *Genes.* 18, 8. חֲלַב *in regimine*

חֵלֶב Adeps, pinguedo. *Et metaphoricè* optimum cuiusque rei: *Genes.* 45, 18 *Deuteron.*

חֲלָלָה Polluta: *Leuitic.* 21, 7.]

כְּחוֹלְלִים *Psalm.* 87, 7. Sicut tibicines. *Aut,* Sicut canentes tibiis *aut* ducentes choros.

חֲלוֹתִי הִיא *Psalm.* 77, 11 Occidere meum est *i.* Mors mea est in longitudine captiuitatis. *Alij deducũt à* חלה Infirmari. *vt Hier.* Infirmitas mea. *vel ab* Orare,

חָלַל *Piel,* Occidere: *Isa* 43, 28. *Ezech.* 28, 9. Polluere, prophanare, commune facere: *Leuitic.* 19, 8. *Deut.* 20, 6. Tibia canere: 1. *Regum* 1, 39.

נֶחֱלַל *Niph.* Pollui, violari: *Ezech.* 7, 24. (*& secundum R. D.* 22, 16. *cùm tamen alij, vt Hieron. à* חלה Possidere *deducant.*) *sic* 20, 9.

הַחֲלָל *Macor, quod potest esse Hiphil, vt futurum*

תַּחֲלֶל *Leuit.* 21, 20. *Aliud Futur.*

וְאֶחֱלָל Et coinquinabar: *Ezechielis* 22, 26.

הֶחֱלָל הַחֲלוֹתָ *Hiphil cõmuniter,* Incipere: *Gen.* 6, 1. *Deut.* 3, 24 *Iud.* 13, 25. [*Et Hos.* 8, 10. (*de quo vide in* חלל.)

יְחֵלּוּ Dolebunt, *vel* Incipient, *s.* conqueri paululum.

יְחַל Polluet, *vel* irritum faciet; *Numer* 30, 3.]

חוּחַל *Hophal, Genes.* 4, 27. Cœptum est. *Alij,* Prophanatum est.

תְּחִלָּה Principium: *Genes.* 13, 3.

חוֹל Inquinatio, prophanatio: *vel* Toar, Prophanus: *Leuitic.* 10, 9 *&* 1 *Sam.* 21, 4.

non satis aptè. In Hoph.

חָחֳלִיתִי Vulneratus sum, vel ægrotare factus: 1. Regum 22, 34. Hithp. 2. Sam. 13. 2. Aegrotare. Et 5. Ostende vel simula te ægrotum.

חָלָה [Piel, Orare, rogare, precari: Psalm. 119, 58. & 45, 13.] Aegrotare facere: Deut. 29, 22. In Pual, Vulnerari: Isa. 14, 10.

חֳלִי & חֳלִי Infirmitas: Isa. 53, 3. & 1, 5. חֳלָיו. Cum affix.

חֳלָאִים vel חֳלָיִם in plural. Deut. 28 59. et 2. Par. 21.

מַחֲלָה & מַחֲלֶה Idem: Exod. 24, 5. & 2. Par. 21.

מַחֲלָיִם Plural ab alia forma, 24, 25. Infirmitates. sic aliud

חֳלָאִים Ieremiæ 16, 4. quod adiectiuè capitur, 14, 18. Aegroti: Hieronym.

חַחֲלוּאַי Attenuati. Sunt qui deducant ab hac radice חלא: de quo in אחל.

חֲלִי־כֶתֶם Ornamentum obrizi, vel auri puri: Prou. 25, 12. Hieron Margarita fulgens. & Hos. 2, 14

חֲלִיָּתָהּ Ornamẽto suo. cum affix. Hieron. Monili suo.

חֲלָאִים Monilia, ornamenta: Cantic. 7, 1.

חָלַט Rapere: semel in Cal, 1 Reg. 20, 33. & nusquam alibi inuenitur in Scriptura.

חָלַךְ vn de חָלְכָה cũ ה redundãte: Pauper: Ps. 10 8, & †vers. 14. [Huc illud refertur בְּחֵילֶךָ In paupertate tua. al. fortitudine. Ps. 59, 12.] חֲלָכִים requine in חל.

חֶלְבּוֹ teronom. 32, 14. in regimine. Et

חֲלָבִים in plurali. Exstat & Genes. 4, 4.

מֻחְלָבֵהֶן De pingui, vel pinguibus (nam quidam codices habent, & sic est plurale) earum: ab חֵלֶב. absoluto

חֶלְבּוֹן Pinguedo: Ezech. 27, 18. D. Kimh. dicit nomen esse loci in Damasco, cuius vinum erat optimum.

חֶלְבְּנָה Galbane: Exod. 30, 32. Aroma (inquit R. Dauid.) cuius odor est malus: & est succus siue resina arboris, quæ inuenitur in Græcia, similis melli nigro.

חֶלֶד Tempus, vel, vt alij dicunt, Seculum: Psalm. 89, 48. Terra, mundus, orbis: 17, 14. & 49, 2. vbi quoque Tempus, potest exponi.

Et cum affixo

וְחֶלְדִּי Et tempus meum: 39, 6.

חֹלֶדֶת Mustella: Leuitic. 11, 29.

חָלָה Aegrotare, infirmari: Isa. 38, 1. Psalm. 35, 13. & 2. Paral. 16, 12. cum ה loco ה. Idem in Niph. Dan. 8, 27. & Ham. 6, 6. cuius Participium vel Toar cum additione ה,

נַחֲלֵה & נַחֲלָה Infirmans, infirma, ægrotãs: Isa. 17, 11. Nah. 3, 18. Ierem. 14, 17. & 30, 12.

נַחֲלוּת Et plurale † Ezechielis 34, 21.

הֶחֱלִי in Hiphil, Aegrotare fecit: Isa. 53, 10. Item Hos. 7, 5. & Mich. 6, 13 vbi quidam exponunt, Incipere, à חלל

per vices: 1. Reg. 5, 14.

מַחֲלָף Culter: *ab incidendo sic dictus. cuius plurale* מַחֲלָפִים. Ezr. 1, 9.

מַחְלְפוֹת Cincinni: *Iudic.* 16, 13. *quòd cultris sint similes: aut quòd in senectute mutentur: efficiuntur enim cani.*

חָלַץ Recedere, diuidere se, *vel* separare: *Hos.* 5, 6.

Educere, soluere: *Deut.* 25, 9. *Isa.* 20, 2. *Thren.* 4, 3.

[חָלוּץ *Paul in Cal,* Accinctus armis: 1. *Paral.* 12, 23. *&c.*

חָלוּץ *in regimine.*] *Item* Solutus: *Deut.* 25, 10. [*In Niph.* Se accingere armis: *Num* 32, 3.] Separare se, *vel* declinare, eruere se, *seu* euadere: *Prouerb* 11, 8. *&* 9. *In Piel,* Remouere, separare, eruere: *Leuit.* 14, 39. *& Psalm.* 50, *&c.*

[*In Hiphil,* 58, 11.

יַחֲלִיץ Impinguabit, *vel* requiescere faciet. *Hieronym.* Liberabit.]

חֲלָצַיִם Lumbi: *Isaiæ* 32, 11. *est dualis numeri, quia duo sunt lumbi.*

חֲלִיצָה Vestis mutatoria, *vel* Arma: *quasi* Lumbare: Lumborum armatura.

2. *Samuelis* 2, 20.

חֲלִיצוֹת Vestes mutatoriæ. *& Isaiæ* 3. *alia forma* מַחֲלָצוֹת.

חָלַק Diuidere, partiri, distribuere: *Ios.* 18, 2. *Deuter* 4, 19. (*& intransitiuè Hos.* 10, 2. *& non ineptè* 1. *Sam.* 30, 14.) *itē* 1. *Par.* 24, 3. *et* 23, 6

וַיֶּחֶלְקֵם Et diuisit ea. *vbi Iod signū futuri ponitur cum* י *loco* -, *&* ה *est cum* י *pro* -. [Lenire: *Psalm.*

חָלַם Somniare: *Genes.* 37, 6.

[Pinguescere, *vel* Sanum esse: *Iod* 39, 7. *Hieron.* Separari.] *In Hiphil* Somniare, *vel* somniare facere: *Ier.* 29, 8. *vbi* ל *habet scheua loco hiric.* [*& Isaiæ* 38, 16. Impinguare, *vel* Sanare. *Hieron.* Corripere.]

חֲלוֹם Somnium: *Isa.* 29, 7. *Plural. est femininum* חֲלֹמוֹת. *Ieremiæ* 23, 21.

חֲלָמוּת Vitellus oui: *Iob* 6, 6. *sic appellatus, quòd sit pinguis aut sanus.*

אַחְלָמָה Amethystus, lapis pretiosus: *quem qui defert digito, videt semper somnia: Exod.* 28, 18.

חָלַף Transire, preterire, transgredi, mutari: *Cantic.* 2, 11. 1. *Sam.* 10, 3. *Isa.* 24, 5.

[Excidere, succidere: 2, 18. *& Iud.* 5, 26. *quibus* R. D *addit Iob* 20, 24. *&* R. *Ioseph Psalm* 90, 5. *sed passiue.*] *In Piel,* Mutare: 2. *Sam.* 12, 20. Innouare, instaurare: *vt etiam in Hiph. Gen.* 31, 6. *Isaiæ* 40, 3. *sic Iob* 14, 7. *&* 29, 19. *sed passiuè, nisi subaudias in priore,* Ramos, *&c.*

חֶלֶף Pro, Vice: *Num* 18, 21.

בְּנֵי חֲלוֹף Filij mundi i. excisionis, *eo quòd moriantur, & è mundo excidantur: Prouer* 31, 8 *Hier.* Filij qui transeunt.

חֲלִיפָה Immutatio, *vel* excisio: *Iob* 14, 14.

Et Psalm. 55, 20. *in plurali*

חֲלִיפוֹת Excisiones, *vel* Mutationes. *Significat &*

חֲלִיפוֹת Mutatoria, noua: *Genes.* 45, 22. *Item* Vicissim;

Prouerbior. 7, 21. *Iob* 17, 5.

חֶלְקוֹ Pars eius, *cum affix.* *Et in plur.* חֲלָקִים.

חֶלְקָה Pars & possessio agrorũ: *sic dicta quòd ab aliis sit diuisa:* *Ham.* 4, 7. 2. *Regum* 9, 26. ager, possessio *&c.*

Læuitas, lenitas, *siue* blanditiæ, lubricitas, adulatio: *idq; præcipuè in plurali* חֲלָקוֹת & חֲלָקוֹת *Genes.* 27, 16. *Prouerb.* 6, 24. *Psalm.* 12, 3. & 73, 18.

חֲלַקְלַקּוֹת Lubricitates, blanditiæ: *Danielis* 11, 22. *Ieremiæ* 23, 12.

מַחֲלֹקֶת & חֲלֻקָּה Diuisio, partitio: 1. *Paral.* 27, 3. & 2. *Paralip.* 35, 5.

מַחֲלֻקְתּוֹ *Cum affixo* Diuisio eius.

מַחְלְקוֹת *In plurali* Diuisiones.

חָלַשׁ Infirmari, ægrotare: *Iob* 14, 10. Debilitare: *Exod.* 17, 13. (*vbi quoque R. D. exponit*, Frangere. *Hieron.* Fugare.) & *Isa.* 14, 11. *vbi R. D. dicit* על *redundare, nisi malis cum Doctoribus Hebræorũ exponere*, Sortem proiicere.

חַלָּשׁ Infirmus, debilis: *Ioel* 3, 10.

חֲלוּשָׁה Debilitatio, infirmitas: *Exod* 32, 18. & *hic locus sic potest ad verbũ verti:* Non est vox canendi (*aut* loquẽdi) (*s.* in) debilitate: debiliter. *i* non est vox eorum qui victi sunt, *&c. Hieron.* Neque vociferatio compellentium ad fugam.

חַם *vel* חָמַם Calescere, calefieri: *Psalm.* 39, 4. & *Ios.* 9, 12. *cum camets,*

Ps. 55, 22. *vel intransit. vt sit* חֶלְקוּ *i.* Lenius fuit, *plurale pro singulari: nisi malis*, Verba, *subintelligi, quasi d.* Leniora butyris fuerũt verba oris eius.] *Sic in Piel Thren.* 4, 16. *&c.* Diuidere.

In Hiphil,

הֶחֱלִיק Lenificare, Blandiri: *Prouerb.* 2, 16. 7, 5. 29, 5. & 28, 23. *sic Psalm.* 5, 10.

יַחֲלִיקוּן Lenificabunt. (*vel* Dimittent, *vt alij exponunt.*)

הֶחֱלִיק Leniuit. *i.* blanditur ei, *s.* peccatum. 36, 3. [*Sed illud Ieremiæ* 37, 11.

לַחֲלִק Ad diuidendum: *siue*, vt diuideret (seipsum.) *Hieron.* vt diuideret possessionẽ. *&c. alij*, vt dilaberetur *vel* diuerteret, *vel* sese subduceret.] *In Niph. Num* 26, 54. *vbi* את *non est signum accusandi.* *In Pual, Zachariæ* 14, 1. *In Hithp.* Diuidi: *Iosuæ* 18, 5.

חָלָק Læuis *i.* mollis, absque pilis, lenis, blandus: *Genes.* 37, 11 *Prou.* 26, 28. & *Ios.* 11, 17. *vbi*, A monte læui, *i* absque vlla arbore. *Thargum vertit*, A monte diuiso.

חַלְקֵי אֲבָנִים Læues lapidum: *vel* lubrica lapidũ; 1. *Sam.* 17, 40. *Hieronym.* Limpidissimos. *à singulari quod est* genus lapidis, *à læuitate sic appellati*, & *ad fundam aptissimi.*

חַלֻּק, חַלְקֵי נַחַל Lapides læues torrentis: *Isaiæ* 57, 6. *Hieron* In partibus, *&c. à singulari* חֵלֶק.

חֵלֶק Pars, portio: *Deut.* 18, 8. Lenitas, blanditiæ.

humo
efecto de la accion
del quemar. (hem-ar)

חמא Inde fit חֶמְאָה Butyrum: Genes. 18,8.
& cum defectu א
חֵמָה Iob 29, 6.
In plurali Psalm. 55,22.
מַחֲמָאוֹת Præ butyris. vbi מ est cũ pathah loco sere. aut redundat, & non deseruit (ait R D.)
חָמַד Desiderare, optare, concupiscere: Exod. 34, 24. Psalm 68, 16, vbi אשר subintelligitur. In Niphal Genes. 2, 9. in Benoni
נֶחְמָד Desideratus, desiderabilis. In Piel idem: Cant. 2, 2.
Vnde in Paul, Desideratus, pro desiderabilis: vt
חֲמוּדוֹת (.s. Vir) desiderabiliũ: vel desideriorũ iuxta Hieron. R. Dauid Vir habẽs dignitates siue potius excellẽtias & virtutes magnas, & conditiones bonas: Daniel. 9, 23 sic 10, 11. & 19.
לֶחֶם חֲמֻדוֹת Dan. 10, 3 Panem desideriorum .i. panem reputatum, aut desiderabilem, substantiuè: (Quidã Panem calidum.) sic etiam 2. Paralip. 20, 25.
חֶמֶד חֶמְדָה חֲמוּד מַחְמַד Desiderium: Isa. 32, 12. Ier. 3, 19. Psal. 39, 12. & 1. Reg 20, 6.
חֲמוּדִים & מַחֲמַדִּים in plurali Desideria.
מַחֲמֻדֶיהָ Desiderabilia sua: Thren. 1, 7.
חָמָה Socer: Genes. 38, 25.
Cum affixo
חָמִיךְ Socer tuus.
חָמוֹת Socrus: Ruth. 2, 18.

Cum

חָם mets, licet Toar esse possit, Calidus. & Eccles. 4, 11.
וְחַם Et calefiet. vbi בשרם id est, caro eorum, subauditur; vt 1. Reg 1, 2. nisi malis impersonaliter exponere.
לַחְמָם Ad calefaciendum, vel calefiendum: Iob 30, 4 est macor perfectum (licet alij vertant. Ad cibum eorum: à
לֶחֶם) sic Isaiæ 47, 14. Et in Niphal, Calefieri: Isaiæ 57, 5. In Benoni
הַנֶּחָמִים Calefacientes se .i. coeuntes. In futuro
יֵחַם Deuteronom. 19, 6. & Ezechielis 24, 11 &c.
יֵחָם Calor erit, vel calefiet .s. caro: Ecclesiast. 4, 11.
In Piel Iob 39, 17.
תְּחַמֵּם Calefaciet .s. oua sua.
In Hithpael יִתְחַמָּם. 31, 20.
חָם Calidus: in plurali חַמִּים. Iob 37, 17.
חֹם Calidus: 1. Samuelis 21, 6.
Item, Calor, æstus: Genes. 8, 22. Ieremiæ 17, 8.
[Aer: Isaiæ 18, 4.]
Cum affixo
בְּחֻמּוֹ In calore eius: Iob 6, 16.
שֶׂה חוּם Pecus nigrum, fuscum, vel nigredinis: quippe ex calore nigredo causatur: Genes. 30, 31.
חַמָּה Sol, à calore dictus: Iob 30, 28 (vbi Hieron. videtur legisse
חֵמָה, cum sere sub ה; interpretatus In furore.) Calor Psalm. 19, 6.
חַמָּנִים Simulacra, lignea præcipuè, sic appellata, quòd cultores Solis illa facerent: 2. Paralip. 34, 6.

וַיַּחְמֹס כַּגַּן שֻׂכּוֹ Et trāstulit velut hortu tuguriū suum. *Hier.* Dissipauit. *Al.* Denudauit. *R. D. dicit esse Hypallagen: vt sit,* Remouit sicut tugurium horti. *In Niph. Ier.* 13, 13.

נֶחְמְסוּ Discoopertæ & nudatæ sunt.

חָמָס Iniquitas quæ fit scienter: Rapina: Mendacium, falsitas; *Gen.* 6, 11. *Exod.* 23, 1. *sed Iudic.* 9, 24. & *Psalm.* 7, 17. Iniquitas *capitur pro* pœna, & punitione iniquitatis. *In regimine* חֲמַס. *In plurali* חֲמָסִים.

תַּחְמָס Genus auis immundæ: *sic appellatæ, quòd alias aues rapiat:* Accipiter nocturnus. *Hieron.* Noctua *Leuit.* 11.

חָמַץ *siue* חֶמֶץ Fermentare: *Exod.* 12, 38. & *Hos.* 7, 4. *in Macor cum* ֽ *sub Heth, vt vides in* חמל.

Vim facere, rapere: *Psal.* 71, 4. & *sic* ץ *esset pro* ס. [*Paul aut Toar: Isa.* 63, 1.

חֲמוּץ בְּגָדִים Rufus vestibus. *Hieronym.* tinctis vestibus. *Vnde in Hith. Psal.* 73, 21. Excandescere, irasci: *eò quòd qui irascitur, sit facie rubeus. vel* Exacerbari. *Hieron.* Contrahi.]

חָמֵץ Fermentum, *siue* fermentatum: *Exod.* 12, 14. & *Ham.* 4, 5. *vbi quidam,* Rapinam, *exponunt.*

חָמוּץ Oppressus: *Isa.* 1, 17. *Doctores tamen Hebræorum illum locum exponunt,* Beatum iudicate fermentantem .i. iudicem, qui nisi post multam

Cum affix.

חֲמוֹתֵךְ Socrus tua:

חוֹמָה & *sine Vaf,* Murus: *Leuitic.* 25, 30. & *Iosuæ* 2, 13.

חוֹמוֹת *Plurale.* חֹמֹתַיִם *Duale, Isaiæ* 22.

חֵמָה Ira, furor. *vide in radice* יחם.

חמט *vnde fit* חֹמֶט Limax, testudo, cochlea terrestris: *Leuitic.* 11, 30. *Hieronym* Lacerta.

חָמַל Parcere: 1. *Sam.* 15, 15. & *Malach.* 3, 17. *vbi alij.* Lætari, *exponunt: vt etiam quidam* 2. *Samuel.* 21, 8.

לְחֻמְלָה עָלַיִךְ Eò quòd parceret tibi, &c. *Ezechielis* 16, 5. *est Macor cum* ֽ *sub Heth.*

חֶמְלָה & מַחְמַל Indulgentia: *Genes.* 19, 15. *Ezech.* 24.

חָמַס Rapere & remouere quippiam è loco suo, *secundum R. Ionah.* & *sic in Arabica lingua,* Transferre, migrare, *aut* demigrare. *septies inuenitur in Cal: vt Ezech.* 22, 26. *vbi Hieron.* Contemnere. *R. D.* Rapere. *sic Soph.* 3, 4. Cōtemnere, abiicere, transgredi. *Hieron.* Iniustè agere. *Prouerb.* 8, 34. Rapere, *vel* expoliare. *Hieron.* Lædere. *Tharg.* Corrumpere. *Iob* 15, 33. Perdere, succidere, *vel* remouere. *Tharg.* Dirūpere, defluere facere, *aut* euellere, *vel* transferre. *Ierem.* 22, 3. Rapere. *Hieron.* Opprimere. *Iob* 21, 26. Iniquè cogitare. *Item Thr.* 2, 6.

חֲמֹר חֲמָרָתַיִם Aceruum aceruorum .i. ceteruam Peliſtim. *ſic 1. Sam. 16, 20.*

חֲמֹר לֶחֶם Aceruum panis, *vel* Aſinum panis .i. aſinum (ferentem) panem.

חֲמוֹר Aſinus: *Gen. 49, 14.* [& *ſecundum quoſdam*, Corus frumenti: *2. Regum 6, 24.*]

חֲמוֹרִים *in plurali. Eſt hoc nomen maſcul. gener licet 2. Sam. 19, 24. quidam velint eſſe feminin. vel erit ſubaudiendum* Beſtia.

יַחְמוּר Bubalus: *Deuter. 14, 5. Al.* Genus ceruorum, *vel* Capra rupicola. R. D. Animal ſimile capræ magnæ.

חֲמֵשׁ Feminin. nomen, Quinque: *Geneſ. 5, 6.* חֲמֵשׁ. *In regimine*

חֲמִשָּׁה Maſculin. 47, 2 & *in regimine* חֲמֵשֶׁת. *Hinc Particip. paſſiuum in Cal Exod. 13, 18.*

חֲמֻשִׁים Accincti .ſ. armis, in quinta .ſ. coſta *ſic* R. D. *exponit* [*vt illud 2. Sam. 2, 2.*

חֹמֶשׁ Quinta .ſ. coſta; locus vbi fel & hepar pendent. *Eſt &* Quintæ partis penſio, *vt Geneſ. 47, 26.*] *Vel, vt alij*, Armati quinque armorum generibus.

חָמַשׁ Quintare, Accipere quintam partem: *Geneſ. 41, 34.*

חֲמִישִׁי Quintus: *Geneſ. 1, 23.*

חֲמִישִׁית Quinta, & quintum, *id eſt*, quinta pars: *Geneſ. 47, 24.* [*1. Reg 6, 28. exponitur*, Quinque laterũ] *Extat plural. maſculin. Leuitic. 5, 24.*

multam conſiderationem non iudicat.

חָמִיץ Purum, mundum, in vanno à pulueribus diſcuſſum: *Iſa. 30, 24*

מַחְמֶצֶת Fermentatio *vel* fermẽtatum: *Exo 12, 18. & 19.*

חֹמֶץ Acetum: *Numer. 6, 3. Pſalm. 69, 22.*

חָמַק Circuiuit, R. D. *vel* Abiit, R. Abr. *Cantic. 5, 6. Hieron.* Declinauit. [*ſic in Hithpael, Ieremiæ 31, 22.*

תִּתְחַמְּקִין Circuibis. *Al.* Declinabis. *Al.* Te elongabis. *Hieron.* Deliciis diſſoluêris.]

חֲמוּק Vertebra, Circuitus. *cuius plurale regimen legitur Canticor. 7, 1. Hieronym.*

חֲמוּקֵי Iuncturæ.

חָמַר Rubeſcere: חֹמֶר Vini *Pſalm. 75, 7.* à rubedo, Vinum bonum, merum: *Deut. 32, 14. Iſ. 27.*

חֵמָר Lutum quod fit ex calce & arena ad ædificandum. *vel vt alij, Pix aut* Bitumẽ. *Vnde verbum in Cal*

חָמַר Calce linire, Bituminare. *Exod. 2, 3.*

חֹמֶר Cæmentum. *Hieron.* Lutum ex terra & aqua. R. D. *Iob 4, 19.* [*Hinc verbum* Turbari, *aqua enim turbata, eſt vt lutum: Pſalm. 46, 4. Et geminatis literis Iob 16, 16.*] Itẽ Mẽſuræ genus, Corus, continens triginta modios: *Iſa. 5, 10.*

חֲמָר *ſignificat quoque* aceruum, cumulum: *Habac. 2, 15. vnde plurale*

חֲמָרִים Acerui: *Numer 11, 32. Et alia forma Iudic. 15, 15.*

tes claudēt nares ſuas præ nimio fœtore. Hieron. Obſtupeſcere faciet.

מַחְסוֹם Clauſura .i. inſtrumentum quod in ore iumenti ponitur, ne comedat, vel mordeat : Capiſtrum. Hieron. Silentiū. Pſal. 39, 2.

חָסִין & חָסֹן vnde fit Fortis, robuſtus: Iſa. 1, 21. Pſalm. 89, 9.

חֹסֶן Fortitudo : theſaurus metaphoricè: Prou. 15, 6. & 27, 24. Ezech. 22, 25. Vnde verbum Reponere, recondere: vt Iſa. 23. ſed in Niphal; & nuſquam alibi.

חָסַר & חָסֵר Deficere, deeſſe : Indigere, egere: 1. Reg. 17, 16. Deut. 2, 7. &c. In Piel Deficere, aut carere fecit: Defraudauit. Eccleſ. 4, 8. Sed in Hiphil plerumque eſt intranſitiuum: vt Exod. 16, verſ. 18. quanquam ſic poteſt exponi,

לֹא הֶחְסִין Non deficere fecit, aut deficientem habuit ſ. mēſuram ſuā, &c.

חֶסֶר מַחְסוֹר חֲסֵרוֹן Defectus, penuria, egeſtas : Iob 30, 3. Ham. 4, 6. Indic. 18, 10. Eccl. 1, 15.

חֶסֶר Idem: vnde in regimine

בְּחֶסֶר לוֹ In defectu, vel indigentia cordis: Prou. 10.

חֶסֶר Carens, nomen Toar: 1. Reg. 11, 22. & in regimine 1. Sam. 21, 15. & 2. Sam. 3, 29. & Prou. 7, 7. & 15.

חָפַף Tegere, operire, abſcondere; occultare: Deuteron. 33, 12. Hinc

חֲסִידָה & חֲסִידִים. [Opprobrium : Leuit. 20, 17. Prouerb. 14, 34. & ſecundum quoſdam Ionæ 2, 9. Hinc verbum in Piel

חָסַד Probris afficere : Prou. 25, 10. Hieron. Inſultet tibi.] Inde in Hithp. Miſericordem eſſe: Pſal. 18, 26.

חָסִיד Miſericors, pius, beneficus, probus: Ieremiæ 3, 12. Michææ 7, 2.

חֲסִידְךָ. Cum affix.

חֲסִידִים. Plurale 149, 5.

חֲסִידָה Ciconia: Leuit. 11, 19 ſed Iob 39, 10. videtur potius eſſe Struthio, vt habet Hieronym. Doctorib. Hebr. Miluus albus, ſic dictus, quòd conferat beneficia ſociis. Hieronym. nunc Herodionem, nunc Miluum, vertit.

חָסָה Sperare, fidere: (Recipere ſe in aliquem locum tutum, vel hoſpitari.) Pſal. 11, 1. & 64, 11. Deut. 32.

מַחְסֶה & חָסוּת Spes, protectio: Iſa. 30, 3. Ioel 3, 16. & Pſal. 104, 18. vel Tegmē, hoſpitium: vt etiam Iſa. 4, 6.

חָסַל Excidit, conſumpſit: in Cal, Deut. 28, 38. Et à conſumendo vocatur

חָסִיל Genus locuſtæ, Bruchus: 1. Reg 8, 37. ſic Ioel 1, 4. vbi Hieronym. Rubigo.

חָסַם Obthurare, claudere, obſtruere: Deuter. 25, 4. & Ezechiel. 39, 11. vbi quoque poteſt eſſe verbum tranſitiuum in tertium (inquit R. D.) .i. Obthurare faciet ipſa tranſeuntes: quia tranſeun-

חָנַךְ Imbuere, erudire, docere, prima rudimenta dare: *Prou.* 22, 6. Dedicare: *Deut.* 20, 5. 2. *Par.* 7, 5.

חֲנֻכָּה Dedicatio: *Numer.* 7, 10. *Psalm.* 30, 1. *Solent enim fieri conuiuia & lætari, quando in domo noua primùm editur.*

חָנִיךְ Puer imbutus, & edoctus: *in plurali*

חֲנִיכָיו .i. pueros suos (*nempe* à se imbutos.) tirones. *Hieronym.* Expeditos. *Genes.* 14.

חָנַף *siue* חָנֵף Impium esse, impiè agere: *Ier.* 23, 11. (R. D. Accipere personam .i. hypocritam esse) *sic* 3, 1. *vbi Tharg.* Peccare, *vel* Condemnari, *aut* puniri: *& Isa.* 24, 5. [*Transitiuè Ierem.* 3, 9. Impiè agere fecit; *& in Hiph. vers.* 2. *Num* 35, 33. *&* 34.] *Hieron.* Inficere, maculare, contaminare, polluere, simulare.

חָנֵף Impius, peccator, hypocrita, simulator, acceptor personarum: *Isa.* 9, 17, *&* 33, 14.

חֲנֵפִים *&* חֲנֵפֵי *In plurali.*

חֹנֶף *&* חֲנֻפָּה Impietas: *Isa.* 32, 6. *& Ierem* 23, 15. *Hieron. hoc vertit,* Pollutio, *illud* Simulatio.

חָנַק *In Niph.* Strangulare se: 2. *Sam.* 17, 23. *In Piel* Strãgulare: *Nah.* 2, 12.

מַחֲנָק Strangulatio: *Iob* 7, 15. *Hieron.* Suspendium.

חֶסֶד Misericordia, beneficiũ, pietas, probitas: *Deut.* 5, 5. *Cum affix.* חַסְדּוֹ. *In plurali*

חסדים

חָנָה Castrametari, manere: considere: *Isaiæ* 29, 1. *&* 3. [*sed illud Zachariæ* 9, 8. *sic licet exponere*

וְחָנִיתִי לְבֵיתִי Et ero vt castra domui meæ. *Vel,* Castrametabor (*vel potius,* manebo) in domo mea. *Vel transitiuè,* Castrametari faciam contra domum meam. *& Psalm* 53, 6.

חֹנֶךְ Castrametans aduersum te. *vbi ponitur*

חוֹנֶה עָלֶיךָ *loco* חוֹנֶךָ.]

מַחֲנֶה Castra, turba, turma, *tam masculin quàm femin. Numer.* 13, 20. *& Gen.* 32, 8.

מַחֲנַיִם *&* מַחֲנִים *& in duali* 32, 2.

חַחֲנֹתִי Mansio mea: 2. *Reg.* 6, 7. *vbi Vaf holem est loco suree: ab absoluto* חַחֲנוֹת.

חֲנֻיוֹת Habitacula, mansiones: *Ierem.* 37, 15. Locus vbi manebant detenti. *Hieron.* Ergastula.

חֲנִית Hasta, lancea: 1. *Sam.* 19, 10. *Plurale*

חֲנִיתִים *&* וֹת *mascul.* 2. *Paral.* 23, 9. *Et femin. Isa.* 2, 4.

חָנַט Proferre, *aut* educere, *&* ostendere fructus immaturos: protrudere. *Cantic.* 2, 12. [Aromatibus cõdire: *Gen.* 50, 2. *&* 3. *quanquam sunt qui putent hoc Paul esse Nomen substantiuũ* Conditurarũ aromaticarũ.]

חֲנֻטִים

